




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-560237-p0001-7

DFG







1660.

1. Preusel, Nicolaus : *De compensatione*
2. Eckholt, Amatus : *De iuribus filij familiæ.*
3. Eckholt, Amatus : *De antinomis*
4. Philippus, Johannes : *Conclusiones ex materia ethica hachum desumptæ*
5. Romanus, Franciscus : *De iuribus virorum singularebus.*
6. Romanus, Franciscus : *De protestate maritali.*
7. Schackenus, Aurius : *De iudiciis.*
8. Schackenus, Aurius : *De conceptione actionum propriæ res.*
9. Schwendendorfferus, Bartholomaeus : *Theses juri dicas*
10. Schwendendorfferus, Bartholomaeus : *Leibniz. Lenhardtus : De iugis*  
*litigioribus.*
11. Schwendendorfferus, Georgius Tobias : *De fato*



1660.

12. Thomasius, Jacobus: De certaine praestantiae inter  
egnum Electoratum successorum.

1661.

1. Cunradi, Iohannes Gudlieb: De feriis

2. Eckoldt, Amatus: Theses juris real ex materia acto.  
num.

3. Eckoldt, Amatus: De literarum obligacione

4. Hornigius, Paulus: De deposito.

5. Michaelis, Iohannes: De philtiris


6. Philippi, Iohannes: De testamentis

7. Schmidlinius, Iohannes: De responsibus illustrium

8. Schmidendorffius, Bartholomaeus Lembarts: De falso.

9. Schmidendorffius, Bartholomaeus Leonhardt: Sacra  
stationes ad IV libris Testimonium Imperialium.





8063.

Mebt, 1

(39)  
13

D. D.  
Dissertatio

DE  
**FERIIS**

*Quam*

Consensu Nobiliss. & Ampliss. Facultatis

Juridicæ in alma Lipsiensi,  
Placidæ Fautorum & Amicorum ventila-  
tioni subjicit

**JOHANNES GOTTESEB**

CUNRADI, Sorâ-Lusat.

PRÆSES

&

**CASPAR-CUNRAD RHETEL,**

Sil. Respondens.

*d. 2. Octobr.*

ANNO 1661.

---

LIPSIAE,

LITERIS CHRISTIANI MICHAELIS.



V I R I S

*Magnifico, Amplissimis ac Consultissimis*

DN. BENEDICTO CUNRADO, U. J. D.  
Perillustri ac Generosissimo, Dn. Dn. ERD-  
MANNO-LEOPOLDO, Sacri Rom. Imperii Comi-  
ti à PROMNITZ, in Baronatu Soraviensi, Tribel-  
lensi atq; Naumburgensi à Consiliis & Can-  
cellis; Dn. Parenti Optimo ac maximè  
devenerando.

Nec non

DN. MOSI REEPPEXBEYN JCto eximio  
eiusdemq; Perill. Comitis Consiliario Dignis-  
simo; Dn. Sororio Exoptatissimo & pluri-  
mùm Honorando

*Exercitium hoc Academicum ex debito cultu  
ac observantiâ piâ gratâq; mente sacrum esse  
jubet*

Johannes-Gottlieb Cunradi.

Aut.



## I. N. D. N. I. C.

### THESIS I.

Erias(a) h̄ic non strictē sumimus pro diebus tantū festis & cultui divino dicatis. nec tamen latissimē, (b) sed latē, ita, ut humanas quoq; ambitu suo comprehendant ferias. (c)

a) Dictas esse putant qvidam à tando; qvidam à foro quasi foerias, Hostiens. in sum. num. 1. defer. qvia à forensibus negotiis dant vacationem, l. divus. 9. ff. h. t. qvꝝ notatio proposito nostro optimè inservit; hanc tamen æqvē, ac illam rejicit Calvin. in Lexic. Jurid. sub voc. Feria. Alii eas deducunt à ferendo; qvoniam ex pecorum frugumq; proventibus qvædam ferebantur ad epulas faciendas, Brisson. in Lex. Jur. Plerique tandem existimant nuncupatas esse à feriendis victimis seu hostiis; feriarum enim diebus hostiæ maſtabantur, Gell. noct. Attic. lib. 4. cap. 6. VVesenb. in Parat. ff. h. t. num. 2. Treutl. Vol. 1. disp. 5. th. 9. lit. A. Damhond. in prax. civil. c. 119. num. 3.

b) Qvomodo olim qvilibet etiam septimanæ dies appellabatur feria: sic dies solis, feria prima, dies lunæ, secunda &c. dicebatur, qvod videre licet ex cap. Treung. 1. extr. de Treung. & pace. indè forsitan, qvia qvilibet die cessare debemus à vitiis, Calvin. d. loc. Sed abusiva ea est acceptio, Umm. ad Process. cap. 7. num. 31.

c) Vocantur dies feriati, l. si feriatis. 6 l. divus. 9. ff. h. l. custodias. 12. ff. de publ. judic. & alibi passim. Dies feriatici, l. eadem. 2 ff. h. Pax, inducia, & tempus mutum à judiciis, Cujac. in Parat. Cod. b. Justitium; eò, qvòd jus hisce diebus stat. Item nefasti dies, Wesenb. in Par. ff. h. num. 2. Renneman. de princip. Jur. disp. 23. th. 24. lit. B. in not.

## II.

Describuntur Feriae, (a) qvod sint dies (b) à judicialibus actibus vacui. (c)

(a) non simpliciter & in se, sed juridicè & quidem respectu potioris effectus considerat, qv. nimirum dilationem litium dant atque exceptionem suppeditant.

(b) Intellige civiles, *Wesenb. in Comm. Cod. b. num. 25.* videlicet, nè aliás sub specie feriarum fucus irrepat ac miseri litigantes miserè decipientur. Sed qvod minimè prætereundum, eorum computatio varia est: lege veteri à vespera usqve ad vesperam suiss & eò se referre c. *omnes*. i. *extr.* h. hodiè autem juxta regularem Ecclesiaz usum ita ineundam, ut qvilibet eorum more Romano à media nocte incipiat & seqventis noctis mediâ parte finiatur, vult *Zœf. in comm. Decratal. b. num. 25.* Itaqve qvicquid in his viginti quatuor horis (id est, duabus dimidiatis noctibus & luce mediâ) agsum est, perindè est, quasi qvâvis horâ lucis actum esset, *l. more Romano. 8 ff. b. Pacini ēmptiōphav. cent. 1. quest. 84.* Malunt tamen alii moderno quoq; tempore distingvere inter ferias divinas seu dies festos, & profanas, ita, ut illæ computentur de vespera in vesperam, per d. c. i. præsertim, cum & juri divino conveniens sit, *Exod. 12. vers. 18. Levit. 23. vers. 5. &c. Covarruv. lib. 4. Variar. resolut. c. 19. num. 9.* nisi tamen provinciaz aut regionis alicujus consuetudo aliud introduxit, *cap. quoniam. 2. extr. b. ibi q. Cujac.* undè etiam certâ regulâ præscribi non posse, sed usu id addiscendum esse, censet Coler. *ad c. à nobis. 2. extr. de except. num. 31.* In his verò d. l. 8. locum inveniat.

(c) *l. divus. 9. ff. l. ut in. 2. l. omnes dies. 7. & l. ult. C. h. c. ult. extr. eod. Vultej. lib. 2. jurispr. Rom. cap. 20. n. 40.* Magistratus enim neq; ius dicit, neq; sui potestatem facit, *l. pridie. 5. ff. eod.*

## III.

Sunt hodiè (a) vel ordinariæ (b) vel extraordinariæ: (c) utræq; (d) vicissim vel sacræ (e) vel profanæ (f).

(a) arg. l. sed &. 26. §. si ferie. 7. ff. ex quib. caus. major. d. l. ult. C. h. Dividebantur quidem antiquitus in stativas, conceptivas, imperativas

tivas ac nundinales, teste Macrob. lib. i. *Saturnal.* cap. 16. Rosin. lib. 4. antiqu. Rom. cap. 3. *VVesenb.* in Par. ff. h. num. 3. & *Comm. Cod.* n. 9. eod. *Trentl.* vol. 1. disp. 5. th. 9. lit. E. Sichard. ad l. omnes. 3. C. de dilat. num. 8. Sed hæc & similes divisiones proposito nostro non servunt. Interim evolve *Thessaur.* decis. 39. qvi prolixè satis agit de iis dem.

b) qvæ ex ordine observantur, Zæf. ad ff. h. num. 2. seu, qvæ quotannis vel certis temporibus recurrunt, Schot. in *Exam. Jur.* h. t. qu. 2. Dicuntur etiam solennes, l. sive pars. 3. C. d. dilat. fixæ sive anniversariæ, Rennem. in *Jurispr. memb.* 4. disp. 17. th. 25. in not. item perpetuæ, Umm. ad Proc. disp. 7. th. 8. cùm perpetuò, certis tamen temporibus celebrentur, Id. d. disp. num. 36.

c) qvæ ob incidentem causam extra ordinem solent indici, d. l. 26. §. 7. ff. ex qvib. caus. maj. l. qvoniā. 1. & l. à nullo. 4. C. h. Appellantur qvoq; imperiales, d. l. 4. non solum, qvòd ab Imperatoribus sint introductæ; sed &c, qvia plerumq; in gratiam Imperatorum ob notabile aliquod factum celebrantur, Heinr. Volckmar. p. mens. in colleg. ff. h. §. 2. Repentinæ, d. l. 3. C. d. dilat. nam, repente ac subitò indicuntur, Specul. lib. 2. part. 1. defer. §. 1. num. 3. in fin. qvemadmodum autem subitò nascuntur, sic qvoq; subitò moriantur, & qvidem ita, nè reviviscant; aliàs enim ordinariarum naturam, mutatâ propriâ, induunt. item temporales, Umm. d. th. 8.

d] non enim ordinariis tantùm, sed etiam extraordinariis feriis competere hanc subdivisionem ex seqventibus apparebit, & ipsa idem satis edocet experientia.

e] sive divinæ, quæ Majestati altissimæ dedicatæ sunt, l. fin. C. h. qvæles sunt ex ordinariis dies solis, qvos dominicos ritè dixeré maiores, l. ut in. 2. l. omnes. 7. & d. l. fin. §. 1. C. h. & festa, cùm mobilia, tūm immobilia, dd. II. & tot. tit. extr. h. imò, tempus etiam qvædragesimæ, qvoad criminales qvæstiones, l. quadraginta. 6. C. h. qvæ tamen leg. his in regionibus non attendi, scribit Rennem. loc. cit. th. 27. lit. D. in not. Dn. Hahn. in observ. ad Par. *VVesenb.* h. t. num. 3. König in Process. c. 41. in princ. Vid. qvoq; Clar. recept. sent. §. fin. qvæst. 50. vers. 3. Insuper ex ordinatione Cameræ à vigilia Natalis Domini usq; ad sextum Januarii, inclusivè. à die Palmarum, usq; ad Dominicam Quasimodogeniti. Diebus precationum solennium

à Dominica Rogationum vel Vocem jucunditatis usq; ad Dom.  
Exaudi. Et tandem à die Pentecosten præcedente, usq; ad Dom.  
Trinitatis. *Ordinat. Cam. part. 3. tit. 33.* Reyger in *Thesaur. jur. sub  
voc. Feria. num. 2.* Biccus, rerum quotidiana. sect. 5. th. 155. lit. OO. Vul-  
tej. d. l. num. 46. Quid hodiè in Camera obtineat ex Visitat. Me-  
mor. & Denais. refert Umm. d. disp. 7. num. 33. Ex extraordinariis  
sunt dies jejunii, precum, gratiarum actionum, &c. Schot. loc. cit.  
qvest. 4. namq; ad illas præsens miseria aut instans periculum im-  
pellit; hasce concessa gratia ob reportatam victoriam, res felici-  
ter gestas & similia svadet.

f) qvæ ad usum profanum introductæ sunt. Vocantur etiam hu-  
manæ; qvia hominum causâ constitutæ. Hûc pertinent ex ordi-  
nariis: 1. Messium ac vindemiârum tempora; qvia occupati cir-  
ca rem rusticam in forum compellendi non sunt, *l. ne quis. 1. in pr.  
ff. b.* Ubi notandum, quod feriæ messium, qvas cereales nominat  
Ungepaur. in *Decret. b. num. 8.* de jure civili concedantur à die  
octavo Calendar. Julii, usque in Calend. Augusti. Vindemiales  
autem à decimo Calend. Septembr. usq; in Idus Octobr. *l. ut in.  
2. C. b.* Jure Camerali, messium dies ab 8. Julii usq; ad 14. Au-  
gust. inclusivè observantur, *Ord. Camer. d. loc. §. vom achten Umm.  
d. disp. 7. num. 34.* Sed vindemiales in Camera non vigent; Rennem.  
loc. cit. th. 33. Verùm cùm hæ, ut & aliæ nonnullæ feriæ, varient  
pro varietate locorum, quid cujusq; consuetudines ferant, dili-  
genter erit attendendū, *l. presides. 4. ff. b. l. si in. 7. pr. ff. de offic. procons.  
Specul. d. loc. n. 4. ¶ 6.* *VVesenb.* in *Comm. C. b. num. 26. ¶ 27.* cùm  
aliæ regiones alium genium soli habeant, nec omnia ubi vis pari  
velocitate proveniant. Illud non reticendum, gloss. in l. *C. d. agric.  
¶ censit.* feriarum sementinarum meminisse, quibus frumenta  
fulcis mandantur. 2. Nundinæ, qvæ mercatûs causâ indicun-  
turi, tot. tit. ff. ¶ l. un. *C. d. nundin.* ac impingvant locum, in quo ce-  
lebrantur, *Sichard. add. l. un.* Intelligimus nundinas publicas,  
non privatas; nam, qvod attinet mercantias hebdomadales, illæ  
in considerationem non veniunt, *Grev. concl. 53. conf. 2. num. 2.*  
3. Dies in honorem personæ vel memoriam rei ordinati, ex. gr.  
qvi vel lucis auspicia, vel ortus imperii protulerunt, *l. omnes. 7.  
C. b.* ubi de natalicio die urbis Romæ ac Constantinopolis. vel in  
quibus

qvibus hostis devictus est. Exemplum habemus. 1. *Macabeor.* 7.  
in fin. & alibi. Ex extraordinariis, qvæ non tantum, casu ita ferente,  
ob res prosperè gestas vel in honorem Principis, l. sed &. 26. §.  
sifera. 7. ff. ex qvib. caus. major. l. quoniam. 1. C. h. puta, ob ejus inau-  
gurationem, adventum, nuptias vel funus indici solent; sed &,  
qvæ rebus malè se habentibus proveniunt, sc. ob hostilitatem, se-  
ditionem, luem publicam, *VVesenb.* in Par. ff. b. num. 3.

#### IV.

Ferias de jure civili solus Princeps (*a*) condere  
potest. (*b*)

*a)* qvia institutio feriarum à summa dependet Majestate. Hinc à  
nullo judice præsumi debet, ut autoritate suâ ferias aliquas con-  
dat; nomine enim & fructu carebunt, l. à nullo. 4. C. h. hanc leg. non  
de magistratibus majoribus, sed de judicibus duntaxat pedaneis  
& municipalibus loqui, putat *Wesenb.* in Par. ff. b. num. 4. refu-  
tatur autem à Bachov. in not. ex eo, qvod juxta morem illius se-  
culi, judices, qvi administrationem habebant, intelligendi sint  
Rectores Provinciarum: atq; alias etiam ridicula fuisset ratio du-  
bitandi. Idem Bachov. dicit falsum esse ac nullo à *Wesenbec.*  
citor. textuum probari, Magistratibus majoribus, puta, Dicta-  
tori, Consulib. Præsidi, Prætori, ferias condendi facultatem &  
jus fuisse; proprio sc. arbitrio, sine jussu populi aut Principis.  
*Confer Dn. Hahn. in Observat. add. loc.* Hodiè Imperator commu-  
nicato consilio cum statibus Imperii condit universales per Im-  
perium: Status in suis tantum territoriis, *Coler. de process. execut.*  
part. 3. c. 7. num. 29. & seqq. *Gail. lib. 1. de pace publ. cap. 6. num. 10. &*  
ii. Magistratus verò oppidani nullatenus; qvia nec statuta contra  
jus, nisi consensu superioris, facere possunt, l. *prætor ait. 3. s. divus.*  
5. ff. *de sepulchr. viol.* qvod tamen minus. Pontificem Romanum  
qvod attinet, eum jus concedendi ferias non habere, deducit  
Reink. *de Reg. Sec. & Eccles. lib. 3. class. 1. cap. 2. num. 4. & s.* ubi  
scribit: Nullo alio jure Pontificem sibi sumpsisse hanc potesta-  
tem, qvam ut impleatur, qvod à Daniele prædictum est: Futurum  
esse regnum, qvod se supra omnem potestatem elevet, tempora  
mutet & divinam ordinationem pessundet, *Dan. 7. vers. 15. Ele-*  
gan-



gantissimis quoq; tūm Politicis, tūm Mathematicis rationibus  
Calendarium Gregorianum impugnat, à num. 19. usq; ad fin. d. cap.  
Quando verò ex Calendariorum, cùm Gregorianum etiam pas-  
sim sit receptum, diversitate, diversis sēpē temporibus in locis  
quoq; vicinis feriæ existunt, tunc quidem potissimum judicis seu  
loci judicij feriæ observandæ sunt, *Hillig. lib. 24. cap. 7. lit. D.D.*  
*Umm. d. disp. 7. num. 39. Ungep. ad Decret. h. num. 18. Reyger. in proc.*  
*disp. 4. th. 9. & quiu tam en erit, si & rei feriæ considerentur, ut ex-*  
*cusationem hoc in casu mereatur: qvin absurdum foret, si reus,*  
*ver b gr. Lutheranus ad diem, in qvem fortè natalis Christi inci-*  
*dit, citatus, coram magistratu Pontificio, cui ille dies sacer non*  
*est comparere cogatur, *Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 9. th. 9. lit. F.**  
*Accedit & hoc, quod actor & judex sibi prævidere queant, nè ali-*  
*quem vocari faciant tempore feriarum, qvæ in suis locis servau-*  
*tur, non itidem reus; cujus tamen favorem quoq; concernunt,*  
*l. ne quis. 1. ff. h. Specul. d. l. num. 5. cum seqq. In Camera Spirensi utri-*  
*usq; Calendarii ferias observari, ex Ruland. de Commissar. part. 1.*  
*lib. 2. cap. 7. n. 10. adducit Dn. Brunnen. in Process. cap. 6. sub fin. id-*  
*que procul dubio inter alia causam præbere protelationi causa-*  
*rum, ibid. ait.*

b) conditas autem, nisi sint sacræ, quilibet judex pro usu & justa  
ratione moderari ac determinare potest, d. l. à nullo 4. C. h. junct. l.  
*Præfdes 4. ff. eod. l. si in. 7. princ. ff. d. Offic. Procons. Schot. in Ex. jur. qu.*  
*s. h. Ungep. d. loc. num. 13. & 14.*

## V.

In feriis (a) actus omnes (b) jurisdictionis conten-  
tiosæ (c) regulariter, (d) non verò voluntariæ (e) exer-  
ceri prohibentur.

a) præcipue autem dominicis diebus & festis, l. ut in. 2. & l. ult. C. h.  
e. fin. extr. eod.

b) non solùm publici, sed & privati, l. *actus. 8. C. h.* sive apud ipsos  
judices, sive apud arbitros vel à judicibus flagitatos vel spontè e-  
lectos, iuriorum sit cognitio, l. *omnes. 7. C. h.* tām qvoad causas  
spirituales, quàm qvoad temporales, quia l. *divis. 9. ff. h.* & alii tex-  
tus

tus indistinctè loquuntur. Nec minus causa prohibitionis obtinet  
in spiritualibus, qvam in temporalibus. Zæf. ad ff. b. n.3. Hūctamen  
trahendus non est arbitrator, cùm amicabilis sit compositor, nec  
in suo munere impediri debeat. Abbas in c. fin. ext. b. num. 10. Sichard.  
in l. 4. C. quomod. & quan. n. 6. Reyg. d. disp. 4. th. 4. lit. B. Menoch. de ar-  
bitr. jud. quest. lib. 1. q. 30.

c) d.l. divus. 9. ff. & passim tit. C. b. Hinc citatio nè quidem legiti-  
mè decernitur die festo, eò, qvòd tale decretum contineat strepi-  
tum judiciale cum aliquali cognitione, saltem termini statuen-  
di, tali tempore prohibita, per c. fin. extr. & l. fin. C. b. Zæf. ad ff. b. n.3.  
Deindè, citatio die festo facta pro die nō festo, haud valet, VVurms.  
lib. 1. pratt. observ. tit. 6. obs. 4. est enim citatio de processu, & funda-  
mentum judicii, c. quoniam. 11. extr. d. probat. §. ult. 7. d. pœn. tem. litig.  
imò Imperatores expressè volunt, ut nulla quenquam urgeat ad-  
monitio, & præconis horrida vox silescat, d.l. ult. C. b. jam verò inti-  
matio citationis spectat ad vocem præconis, Zæf. d.l. num. 4. Ungep.  
ad Decret. h. n. 29. & sex seqq. Conf. Hillig. lib. 29. c. 7. lit. A. Tandem  
invalida quoque est citatio pro die festo, ut sc. tunc quis compa-  
reat, etiamsi intimatio facta sit die non feriato; qvia tunc nemo ad  
judicium venire cogitur, l. ne quis. 1. in pr. ff. b. & frustraneum foret  
venire, arg. l. ex quacunq. 2. in fin. ff. si quis in jus voc. non ier. cùm ju-  
dex sui copiam dare aut actum judiciale exercere plerumq; im-  
pediatur. Sed, tenebitur nè citatus ad diem feriatum, compare-  
re die sequenti non feriato? Affirmativam plerique tenent, ean-  
demq; consuetudo tuetur, cui ansam dedit c. cum dilecti. 6. extr. d.  
dol. & contumac. modò non formaliter & consultò, sed fortuitò &  
indefinitè, nimirum expresso tantùm die mensis, non autem festi  
mentione factâ, id acciderit, Rennem. Jurispr. part. 4. disp. 17. th. 38.  
tunc enim nō videtur actû esse contra legem, propterea, qvod in  
dubio non præsumatur mala intentio citari jubentis, sed potius  
bona, Paretz. in Cod. h. n. 9. alias verò directè fit contra præceptum  
de observatione festorum, ideoque nihil operatur ac nullum pro-  
ducere effectum. Hodiè citationibus pro majori cautela ad-  
di solet: ut, si dies in citatione præfinitus fortè feriatus fuerit, tūm  
die juridico compareat proximè seqventi, Gail. lib. 1. observ. 53. n. 2.  
Illud certum est, qvòd citatio facta usque ad diem festum vel intra

B

festum

cup. 41



Festum justa sit, cùm tantùm contineat prorogationem temporis, intra quod comparere debeat citatus, & sic dies iste non ponitur inclusivè pro termino, sed exclusivè, *Abbas d.c.fin.n.22* Similiter etiam dubium non habet, tempus in citatione comparitioni præfixum, semper esse continuum & ferias dilationum temporibus non excipi, sed conumerari, *l.sive pars.3.C.d.dilat.Bocer.class.5. disp. 2. §. ult.* nisi feriæ totam dilationem majoremè ejus partem absorbeant, *Umm.ad Proc. disp.7. n. 20.* qnod fortè in Camera Spr. non verò in aliis inferioribus judiciis locum habere, conjicit Dn. Brunnen. *in Proc. cap.6.n.13.* nam in Camera Spir. id facile fieri potest propter utriusque Calendarii concursum. Hæc de citatione verbalis, undè facile apparet realem vel actualē multò minus feriarum tempore locum sibi vindicare, id est, citandum per apparatores judicij, injectâ manu comprehensum, ad judicium vel invitum trahi non posse: præterquam, si delictum grave commiserit, *Prosp.Farin.qvæst.27.n. 109.* aut alias, in causa etiam civili de fuga suspectus sit, *Idem d.l. n. 107.* [quem tamen feriato die arrestandum esse, negat *num. sequ.*] namque hi capi & custodiæ tradi vel incacerari queunt cum in finem, ut finitis feriis judiciofisti cogantur, *arg.l.si adulterium 38. §. ult. ff. ad L. Jul. de adult.l. ne quis. 1. §. ult. vers. sane ff.b. Marant. part.4. dist. 16.n.92.* Obiter hic inferendum, diebus festis Natalitiorum in primis & paschatos debitores Mediolani ex statuto dimitti ex carcere, *Modestin.Pistor. qvæst. 110. n. 39.* Nunc ad Libellum, cuius quidem oblatio, quia nullam causæ cognitionem in se continet aut desiderat, quovis tempore fieri potest, *l.miles.11. §. sexaginta.6. ff. ad L. Jul. de adult. ibi qd Bartol. Gilhaus. in arb. civ. c.5. ram. 6. n. 6.* Parti verò adversæ idem die feriato non est praesentandus, per *Dd. communiter in l. ult. C. h. Lanfr. ad c. qvoniam. 10. extr. d. probat. num. 54. E ad Clem sæpè 2. de verb. signif. num. 22.* Per gentes in processu judiciario offendimus testes, quos die festo examinari posse, negamus; non tantum ex eo, quod à testibus praestandum sit juramentum, cùm testi injurato non credatur, *c. nuper. 51. extr. de testib.* jam verò tali tempore juramenti præstatio, (nisi propice vel alia necessitate) prohibetur, *c. omnes. 1. ext. b. c. decrevit. 17. cauf. 22. q. s.* quid enim, si jam die juridico juraverint? vel partium consensu juramentum omittatur, *c. ihu. 39. extr. de testib?* sed potius, quo

ius quod examen testium videatur actus judicialis. Aliud tamen obtinet, si testes sint senes aut valetudinarii, arg. d. l. n. e quis. 1. §. sed excipiuntur. 2. ff. h. ibi g. 7. a. s. n. u. m. 5. Specul. lib. 2. part. 1. de fer. §. 2. n. 3. vel alias in termino examen absolvit haud queat, Ruland. de commiss. part. 2. lib. 2. cap. 13. num. 1. Porrò dicendum, quod tanto minus tortura (quæ severa indagatio vocatur, l. severam. 10. C. d. dignitat.) diebus feriatis inferenda sit: nisi latroni, l. provinciarum. 10. C. h. venefico, malefico, adultero, violatoriique monetæ, homicidæ, parricidæque, ut & reo Maiestatis, l. nemo. 3. C. d. Episc. audient. vid. Clarum recept. sentent. § fin. qvæst. 64. vers. 34. imò ubi dies primus Paschalis extiterit, nullum teneat carcer inclusum, omnium vincula dissolvantur, exceptis quibusdam, per d. l. 3. huiusmodi autem liberationem, relaxationem potius esse, quam veram dimissionem, monet Gothofr. in not. ibid. Devenimus ad sententiam, cuius & pronunciatio diebus feriatis, cum eo tempore judicis officium quiescere debeat, nulla, d. l. 1. §. sed si 1. ff. l. omnes. 7. l. ult. C. & c. fin. extr. h. Gilhans. loc. cit. n. 8. Bioccius rer. quotidian. sect. 5. th. 155. & ejusdem executio prohibita est, d. l. ult. C. per quam ob favorem religionis, rectè etiam explicatur d. c. ult. extr. h. quod, licet non loquitur expressè de executione, tamen, dum sententiam ferri prohibet, simul quoque hoc faciat; cum major sit' partium & populi turbatio in executione, quam in sententiæ prolatione. Appellationem quod concernit, distinguitur inter ipsam appellationem sive nudam ejus interpositionem, & cognitionem de appellatione: Illa quovis tempore rectè fit, Specul. d. loc. num. 2. Scacc. de Appellat. qvæst. 12. num. 51. Mysing. cent. 2. obseru. 12. Lanfr. ad c. quoni- am. 10. ext. d. probat. num. 54. Abbas & Gloss. in d. c. ult. Dd. in l. quoni- am. 1. C. h. potest enim fieri coram judice extra judicium, nec cognitio, an appellatione deferendum sit, nec nè, statim necessaria est, Boer. cl. 6. disp. 16. th. 53. & præcipue hæc opinio procedit in casu necessitatis, quando alias occasio, per lapsum præfiniti temporis, quod est continuum periret, cum tamen appellatio ad defensionem naturalem, nemini denegandam, spectare videatur. Hæc nullatenus; nam judex causam appellationis diebus feriatis tractare, de quæ ea cognoscere, nimirum an justè, an injustè sit interposita, non debet, d. l. 1. C. h. & in eam Mejer. num. 21. alii g. De reliqua

reliqua appellationis prosecutione, res est aperta, sc. quod propter judiciale strepitum minimè sit concedenda. Sufficiat nunc thesis pro instituti ratione per potiores actus judiciales declarasse; plura qui desiderat, evolvat Dd. & Gloss. in saepius cit. l. ult. C. h. nec difficile erit de aliis etiam, ex hac tenus dictis judicium ferre. d) interdum enim pietas aut necessitas aliud exigit, c. fin. extr. h. Hinc Scævola consultus, quid feriis agi licet? respondit, quod omissum noceret, *Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 16.* Feriarum itaque tempore tractari poterunt: 1. Causæ alimentorum, pupillorum, viduarum, debilium atque miserabilium personarum, *Rebuff. de Studios privil. 4. Gail. lib. 1. observ. 53. num. 13. Kling. ad e. i. extr. h. num. 4. 7. 1. ad l. 1. §. 2. ff. b. num. 7.* earum enim causæ citò expediendæ, ne expensis graventur aut alias jacturam patientur. Quapropter conceditur, ut tutores aut curatores semper dentur, l. qui habet. 3. §. qvolibet. 3. ff. d. tutel. l. nec mandant. 8. §. dari. 2. ff. d. tut. & curat. dat. nisi danti sint ex inquisitione, arg. l. naturali. 7. §. si queratur. 1. ff. d. confirm. tut. *Angel. de Gambil. de except. cap. 7. num. 31.* iidem officii admoneantur cessantes (mavult Gothofr. in not. lit. Q. cessantium) excusationes allegentur, alimenta constituantur, testates probentur &c. l. eadem. 2. ff. b. Dotem quoque peti & desuper cognosci posse, quatenus ex ea alimēta desumēda sunt, quæ aliundè non suppetunt, docet Fachin. *controvers. jur. lib. 10. c. 36.* 2. Causæ publicæ & fiscales, l. publicas. 5. in pr. C. h. videlicet patrimoniales, non criminales, l. custodias. 12. ff. de publ. judic. 3. Causæ pistoriæ, d. l. s. in fin. quæ spectant ad pistores, ut panes in promptu sint, & ita annonam publicam promovent. 4. Liberalia judicia, l. solet. 3. §. liberalia. 1. ff. b. §. Actus, qui celeritate in desiderant ac urgent, d. l. 1. §. 2. vers. sane. ff. b. Celeritatem autem desiderare ies dicuntur, quarum periculosa est dilatio, l. cum res. 1. ff. d. damn. infect. sive quod tempore vel morte periturae sint, aut actionis dies exiturus sit, l. solet. 3. pr. ff. b. l. Pomponius. 13. §. pen. ff. d. recept. qui arbitr. recep. veluti, si præscriptio esset adimpta usque ad ultimum diem, tunc sanè necessitas exigetur, ut per citationem, interrumperetur, *Scacc. lib. 2. de judic. cap. 5. num. 1.* sive alia de causa. Huc pertinet missio in possessionem ventris nomine, causâ rei servandæ, legatorum fideivé commissorum, damni infecti: curatoris bonorum datio d. l. eadem. 2. ff. b. Schot. in Exam.



in Exam.jur.b.qvæst.10.Zœl.ad ff.b.num.10.vulnerum inspectio. La-  
tronum investigatio,l.provinciarum.10.C.b.novi operis nunciatio,  
l.hoc edito.1.5.item nunciatio.4.ff.d.nov.oper.nunciat,non tantum,  
qvæ per verba & jactum lapilli, sed etiam, qvæ per Prætorem fit,  
Reyg.in proc.disp.4.th.7.nè sc.ad arma & rixā procedatur. & simi-  
lia.6.Disciplina militaris ac custodiarum cognitio,l.Divus.9.ff.b.  
ita.ut innoxii dimittantur & nocentes, qui duriore animadversi-  
one indigent,differantur,d.l.12.ff.d.publ.judic.l.quadraginta.6.C.b.  
7af.d.l.num.11.7.Qvæ ad ipsarum feriarum tuitionem faciunt: Sie  
in eos, qui quid nundinarum nomine adversus communem utili-  
tatem acceperunt, omni tempore jus dicitur,d.l.solet.3.5.item.2.ff.  
b.l.un.C.d.nund.¶ mercat.ibiq, Gothofr.in not.lit.P.

e) hi semper admittuntur, Marant.part.4.dist.16.num.86.Spe-  
cul.d.l.num.7.quod peragantur sine strepitu: qvapropter eman-  
cipare & manumittere licet,l.ut in.2.C.b.ac super his acta fieri nō  
prohibentur,l.aetus.8.C.eod.vid.Fontanell.de pact.nupt.claus.1.num.  
26.Cujus ordinis qvoqve sunt dispensationes, indulgentiæ,Zœf.  
ad ff.num.11.adoptiones ac nonnulla alia.

## VI.

Incidenter jam monendum feriis sacris ab operi-  
bus servilibus (a)& aliis nonnullis (b) non verò liberali-  
bus (c) pii (d) naturalibus (e) aut alias necessariis (f) ces-  
sandum esse.

a)c. omnes.1.c.licet.3.extr.b.l.omnes.3.C.b.qualia sunt opera me-  
chanica & corporalia; ut, texere, suere, fodere &c.item, impre-  
me libros, pingere, sculpere aut conflare imagines, res transvehere  
[quamvis iter facere ac curru vehi, cùm animū non impedit, qvò  
minùs Deo vacer, quis possit] piscari, venari (nisi moderatè id fiat  
& recreationis vitādiq; otii aut necessitatis causa excusat) ac ejus-  
modi plura. Zœf.in Decret.b.num.2.4.5.6.¶ 8.Sed qværitur, num di-  
micatio cum hoste sive actus bellandi hūc referēdus sit? Respond.  
quòd, licet regimen militiæ potissimum in operatione mentis  
consistat, ipse tamen congressus actualis, corporis magis est actus  
ac servilia multa habet, & sic die divinæ majestati dicato prohibi-  
tus

rus censetur: Hoc ipsum autem limitationem recipit, si commoda hostem aggrediendi occasio adsit, tunc enim ea, [qua]x licitum facere solet, quod est illicitum, arg. d. l. 3. C. & c. 3. extr. b.) utendum & operibus pietatis ac iis, qua tempus istud exigit, peractis, fortiter cum hoste dimicandum. Deinde, si hostis compellat atq; ex necessitate pugna ineunda sit defensionis gratia, cap. si nulla. 15. caus. 23. qv. 8. c. qvod non 4. extr. d. reg. jur. 1. Macab. 2. vers. 41. & cap. 9 v. 44. Kubach. qvast. illustr. cent. 2. dec. 8. qvast. 8.

b) nimis mercatu, c. omnes. 1. extr. b. nundinæ itaq; ve & privatæ & publicæ, cum majori hominum concursu fieri solitæ, die ferriato prohibentur. Quamvis contrarium multis in locis consuetudine sit introductum & ita appareat Dn. Dannhaw. Colleg. Decalog. disp. 8. §. 15. haud immerito dicere: eas è cloacis gentilium derivatas esse in turbationem fontium Israelis. Porro contractibus, non tantum, quòd mercatus nomine contractus emptionis, locationis, permutationis veniant, sed etiam, quia placiti expressè fit mentio in d. c. 1. & difficulter contractus absq; peccati admissione celebratur, Sirac. 27. vers. 28. Verùm, excipitur transactio & pactum, quo à lite recedimus, pacem ac concordiā ineuntes, l. ult. §. 1. C. b. Item juramento vel sacramento, d. c. 1. etiā extrajudiciali, non tamen omni; quod Zæs. in Decret. b. num. 23. ita deducit: cùm textus in d. c. duo prohibeat & addat juramentum, quo ea firmari solent, eatenus etiam illud prohiberi dicendum erit, non generaliter. Facit eò exceptio sub juncta, nisi pro pace, quale juramentum pertinet ad confirmationem conventionum & obligationum humanarum. Tandem voluptatibus omnibus, maximè obsecenis, ludis scenis & certaminibus, et si ortus Imperii vel natalis Principis celebranda solennitas inciderit, l. omnes. 7. & d. l. ult. C. b. Dignū enim attrahit ad se minus dignum Gothofr. ibid. in not. lit. N. Vid. König. Cas. Catechet. 4. circa fin. & Baldwin. lib. 2. c. 13. cas. consc. 8. Illud notandum, quod ludere die festo, si modò fiat absq; vitio omissionis, non sit peccatum ex mente Morlæ, in Empor. jur. tit. de aleator. qv. 1. num. 4. in fin.

c) namque exercitium actionum eiusmodi, sacris haud neglegitis, nequaquam est contra observationem Sabbathi. Hinc licetum die festo quamcunque scientiam & artem, quæ ad mentem instru-

instruendam pertinet, sive voce sive scripto docere ac discere, Zœf.  
ad Decret. h. num. 3. Everhard. in loc. 56. n. 12, Ben. de privil. ¶ Ct. 77. n. 1.  
Intrigliol. de Fend. quæst. 9. Thom. de Aquin. in secunda secundæ  
quæst. 122. artic. 4. gl. in l. Divus. 9. ff. h. Dissent. Abbas  
in c. i. extra h. distingvendo an quis lucri causa, an vero veritatis  
investigandæ ergo faciat. Sed ea non mutat rationem præcepti  
vel conditionem rei. Negat in totum Anton. de Butrio in d. c. i. &  
Jaf. in d. l. 9. Istud omnino improbandum est, si studia ob pridia-  
nam crapulam ac otium in hunc diem differantur, Dn. Dannhaw.  
loc. cit. Advocatus clienti consulere, Kubach. quæst. illustr. cent. 2. dec.  
10. qv. 5. & judicem informare citra noxam potest, Zœf. in ff. h. num. 9  
ubi quoque dicit: quod Notarii instrumentum procuratorum  
aut simile tali tempore conscriptum, valere videatur; quod in spe-  
cie de inventario assentit, Rol. à Val. de invent. p. 3. vers. adverte. pag. m.  
115. Medicus ægrotis adesse, eosque curare & potest & debet; cum  
insuper sit opus Christianæ charitatis ac necessitatis: Si enim bru-  
ta animalia die Sabbatho curare licet, Luc. 14. vers. 5. quidni homi-  
num, cuius maior dignitas, Iustissimè. 44. ff. d. adil. edit. cùm omnes  
fructus rerum natura hominum gratiâ comparaverit, §. in pecu-  
num. 37. ¶ de rer. divis. & l. in pecundum. 28. §. partus. 1. ff. d. usur. & fruct.  
atque Sabbathum propter hominem factum sit, non vicissim,  
Marc. 2. vers. 27.

d) verbi gr. visitatione ægrotorum ac captivorum, beneficiis  
pauperibus aut miserabilibus personis exhibendis & similibus.  
Nec obstat, si opus aliquod in se sit servile, modo charitas proximi  
id requirat vel in divinum cultum tendat, nec alio tempore com-  
modius expediri queat; uti, campanas pulsare, templa & altaria  
ornare &c.

e) ut edere, bibere &c. Huc commode quoque referenda sunt  
ea, quæ corpus humanum vitare nequit; ut, indui, exui, ac similia.

f) necessitate privatâ, publicâ aut proximi eadem postulante;  
quia legem necessitas non habet, c. quod non. 4. extr. d. reg. jur. c. con-  
questus. extr. s. h. l. divus. 5. pr. ff. d. hered. petit. l. de pupilla. 5. §. si quis. 11. ff. d.  
nov. oper. nunc. Jaf. in l. quæcunq. 1. princ. vers. hujus. ff. d. offic. ejus cui.  
Sic excusantur pauperes operantes die festo, si alias se suamq; fa-  
miliam sustentare non valent; adhibenda ramen cautela, ut secre-  
tò & sine scandalo id agant, Zœf. ad Decr. h. num. 27. Sic ruri positi,  
id est,

id est, agricolæ & vinitores, agrorum culturæ liberè licenterq;e  
inserviunt: quoniam frequenter evenit, ut non aptius alio die fru-  
menta sulcis aut vineæ scrobibus mandentur, ne occasione mo-  
menti pereat commoditas cœlesti provisione concessa, l. omnes 3.  
C. h. Sic licet halecum, si terræ se inclinaverint, captioni, ingru-  
ente necessitate, iutendere, c. licet 3. extr. h. ibi q; Ungeparv. num. 24.  
qui illud in thynnis & aliis etiam piscibus, qui uno solùm anni  
tempore eodemq; brevi capiuntur, obtinere scribit ex Domin.  
Scoto. lib. 2. de just. & iur. quest. 4. artic. 4. Sic rivos deducere  
vel reficere permittendum, arg. d. l. s. l. II. ff. d. nov. oper.  
nunc. Fortacul. Dialog. 68. num. 1. Sic licite chirurgus venam alicujus  
secat, si valetudo postulet. Sic licite quis ad existendum ignem,  
qui propriam vel alienam domum invadit, properat.

## VII.

Feriæ sacræ pro fine habent cultum divinum: (a)  
necessariæ, frugum collectionem, (b) & necessariorum  
comparationem: (c) repentinæ, publici gaudii luctusvē  
participationem,

a) ut sc. à curis profanis vacua multitudo, eidem det operam, l.  
ut in. 2. l. omnes 3. l. omnes 7. l. ult. C. h. juxta præceptum de Sabbatho  
sanctificando, Genes. 2. vers. 3. Exod. 12. vers. 14. quod, et si non ad spe-  
cium ceremoniæ certæ diei ex Mosaica lege, tamen moraliter ad  
cultum certo tempore Deo præstandum, omnes ex lege naturæ  
obligat, Wesenb. in Par. ff. h. num. 7. Reink. de Reg. Sec. & Eccl. lib. 3.  
elass. 1. cap. 2. num. 8. & seqq. Conf. Dn. Dannhavv. dict. diff. 8. f. 4. & 5.  
& König. cas. cat. 4. circa init. & quia strepitus judicialis homines à  
sacris maximè avocare & impedire censetur, indè ejus potissimum  
mentionem faciunt dd. II.

b) nimirum, qvò tempestivè messium & vindemiarum tempo-  
re id fieri queat, l. ne quis. 1. pr. ff. l. omnes 3. C. h. Nihilominus tamen  
hasce ferias, omnibus omnino, etiam iis, qui non sunt occupati cir-  
ca rē rusticam, communes esse, verius est, Specul. l. 2. p. 5. de fer. s. 1. n.  
8. Umm. ad Proc. diff. 7. num. 42. in med. Grev. conclus. 53. conf. 2. num. 21.  
& 22. Zanger. de except. p. 2. cap. 6. num. 8. generaliter enim loquitur  
d. l. I.

d. l. i. ideo q̄ve etiam ita erit exaudienda, per l. leges. 3. C. d. legib. de-  
indē hoc ipsum confirmat praxis moderna, *Magnif. Dn. Carpz. part.*  
*1. const. 3. def. 22.* Nec admiratione res indiget, cūm vindemiarum &  
messium feriis locus quoq; sit in iis locis & regionibus, ubi nul-  
lum frumentum nascitur nullæq; sunt vites; videlicet, ut eo tem-  
pore de frumento & vino sibi prospiciant ac aliundē afferri cu-  
rent, *Donell. lib. 24. cap. 7. ibi*q; *Hillig.* Sed si vinum ibi nec bibi so-  
leat, id fallere dicit *Scacc. lib. 2. de judic. cap. 5. num. 146.* In Camera  
tamen vindemiales non observari jam supra th. 3. lit. F. attigimus.  
Haud obstant assertioni nostræ d. l. i. verba: quia, occupati circa  
rem rusticam in forum compellendi non sunt. Siqvidem unius  
rei plures possunt esse causæ, etiam finales: licet igitur unica & po-  
tior ibi tantum sit expressa, non statim sequitur, nullam præter  
eam adesse; contrariū enim nō solūm legis generalitas innuit, sed  
& l. omnes. 7. C. h. satis clarè docet, dum adhuc aliā affert: laboris  
nemp̄ requiem, nē sc. judices, præprimis fervoribus æstivis in-  
stantibus nimis defatigentur. Imò, de pluribus causis licet con-  
jicere; verb. gr. circa messium & vindemiarum tempus annona  
solet esse remissior & boni patresfamilias tunc solent rem suam  
familiarem instruere. Potest, si non ipse reus, tamen advocatus  
vel alius, cuius præsentia in judicio reqviritur, circa rem rusticam  
occupatus esse. Dn. Hahn respondet distingvendo inter causam  
finalem & impulsivam, quod, quomodo applicet, vide in *ob serv. ad*  
*Par. V Vesenb. b. num. 7.* Multò minùs adversatur l. nunquam. 1. C. d.  
agric. & censit. quia, loquitur de oneribus personalibus, ad quæ  
agricolæ tantum, in messibus occupati, trahi prohibentur, *Ba-*  
*chov. in Comment. ff. ad l. 1. b. num. 1.*

c) quæ nundinis commodè instituitur & easdem præprimis cō-  
cernit. Indē mercatores nundinis durantibus, ab illius loci civi-  
bus privati delicti nomine conveniri aut arrestari neq; eunt, l. un.  
*C. d. nundin. Coler. de Process. Execut. part. 2. cap. 3. n. 163.* quod expressè  
quoque constitutum est in *Nov. Elect. Aug. part. 1. const. 30. ibi*q; *Magnif. Dn. Carpz. def. 23.* qui illud in solennib; duntaxat nundinis  
valere & in solarium tantum mercatorum, non autem aliorum,  
qui mercatores non sunt, introductum statuit, *ibid. def. 24.* De quo  
ramen subdubit Dn. Brunnem. *ad Process. cap. 6. n. 25.* cūm textus

C

d.l.un.

d. l. un de concurrentibus in nundinis loquatur, & mercimoniorum cursus emptorem non minus, quam venditorem requirat. Poterit tamen reponi: id, quod de concurrentibus dicitur, ad mercatores, ex ratione finali & verbis prioribus, d. l. un. restringendum esse; neque in d. def. 24. emptores, qui etiam ut venditores, mercatores esse possunt, sed cives ac opifices in loco nundinarum commorantes, non tamen commercia exercentes, a beneficio isto excludi.

d) quod omne ex ipsis feriis indictis estimandum est.

## IIX.

Feriis quae peraguntur, nullius sunt momenti.

l. ne quis. i. § sed si. i. l. si feriatis. 6. ff. l. ut in. 2. C. & c. ult. extr. b. König. in Process. cap. 41. Vant. de nullitat. sub rubr. ex defectu jurisdict. num. 129. Alex. de Imol. vol. 2. cons. 233. vers. ex quibus. Intellige thesin, quoad actus judiciales seu negotia forensia de quibus dd. II. & autores loquuntur, atque in tantum verum esse dicit Vasq. s. illustr. controversial. 27. num. 3. ut ne quidem partium subsecutâ ratihabitione confirmari possit, & meritò; nam, quod ab initio nullum est, quomodo ex postfacto convalescat? Diversum est in aliis, diebus festis etiam sub poena peragi prohibitis actibus aut negotiis; haec enim, et si illicite fiant ac poena propterea exigiqueat, non tamen confessim annullantur.

## IX.

Cedunt feriae indifferenter omnes pietati ac necessitati: (a) humanarum quædam (b) renunciationi (c) partium. (d)

a) summa enim ratio est, quæ facit pro pietate & necessitas caret lege; namque dare, non accipere solet legem: quæ ulterius deducere & exemplis illustrare supra th. 5. lit. D. & th. 6. lit. D. & F. jam antevertimus.

b) puta messium, vindemiarum, sapienti. l. i. pr. ff. & c. ult. in fin. extr. b. atque, ob rationis identitatem, nundinarum: nam, repentinis ac in honorem & favorem superioris constitutis, et que ac di-

vinis, nemo recte renunciabit, d.c. ult. & arg. l. nemo. 61. ff. d. pact. Vul-  
tej. lib. 2. Jurispr. Rom. cap. 30. num. 49. Umm. ad Process. cap. 7. num. 41.  
ubi addit: ferias divinas omnem humanam dispensationem re-  
spuere, & nec statuto nec consuetudine induci posse, ut in illis ju-  
dicia exerceantur.

c) exqve vel tacitæ vel expressæ, d.l. i. §. 1. l. si feriatis. 6ff. b. & d. c.  
ult. Kling. ad c. i. extr. h. num. 12. Bicc. rer. quot. sect. 5. th. 155.

d) & hoc ideo quod in favorem privatorum feriae principaliter  
sint inductæ: Jam verò quilibet juri pro se introducto potest re-  
nunciare, l. penult. C. de pact. Non tamen judex invitus, partibus  
quamvis renunciantibus cogi poterit eo tempore officium suum  
exercere ac judicare; quia ipsius quoque favorem hāc in re de-  
prehendere licet, l. omnes. 7. C. b. nisi partes citari jussierit: tunc  
enim putarem, eum feriis hāc ratione tacite  
renunciasse.

---

### Coronidis loco, qværitur:

An etiam res mobiles in feudum dari queant? Aff.

An Clericus, si per substitutum servire velit, ad feudi suc-  
cessionem admittendus sit? Neg.

An molendina navalia rebus sint accensenda immobil-  
bus? Aff.

An rationibus juris consentaneum sit in dubio pro matrimo-  
nio perficiendo pronunciare? Neg.

An debitor creditoris suo invito ante diem solutioni destina-  
tum, recte solvere posse? Aff.

Si moneta depravata, publico edicto tamen approbata, à  
debitore pupilli tutori soluta est; postea verò à magistratu illare-  
probatur, antequam à tute expendatur: an damnum ex ista  
mutatione ad tutorem, an ad pupillum spectet? Aff. posterius.

Ad

Ad Clarissimum Doctissimumque  
Dn. JOH. GOTLIEB CONRADI, J.U.C.

Amicum suum dulcissimum.

Sabbatha monstramus, Tibi non dixisse, Vacunam,  
His Festis Patriæ, dulcis Amice, Tue.  
Ergo contingant, quæ Sabbatha Curia Curis  
Indulget. Patriæ sic precor atque TIBI!

gratulabundus appos.

JOH. A.D. Scherzer/Ebr.Ling.Prof.  
Publ. & Maj. Coll. Princip. Salariatus.

O Tia Justitiae, Themidis, Conrade, quietem  
Laboriosò prædicas negotiò;  
Et, quam justa formam, quam grata silentia laxent,  
Facundus & sermone tradis & stilo.  
Scilicet in voces aliena silentia vertis,  
Pretiumque feriis labor facit tuus.  
Sed, quando loqueris, nescit Tu a fama silere,  
Tibique respondet loquens & Rethilio,  
Et, qui Justitia semel otia justa dedisti,  
Ingenua semper inducis otia.

Amicissimâ manu scrib.

M. Val. Alberti, Facult. Philos.  
Assessor, Collegiique B.M.V.  
Collegiatus.

F I N I S.

Leipzig, Diss., 1660 f61



3

SB

VDZ





